

apud Doctores sedulo inquirentes: An ignis conflagrationis præcedet, aut sequetur iudicium universale? Alii affirmantem, alii negantem sustinent partem; alii demum utramque conciliant sententiam, quæ magis profecto Magistri litteræ adhærere videtur. Quamobrem, cum nos hic immorari non possimus, summam dicimus, quod ignis conflagrationis duplicem exhibebit effectum, scilicet purgationis, & innovationis. Ratio ne purgationis præcedet iudicium; ratione innovationis sequetur, qui tandem æternum cruciabit damnatos.

39. Secundò subjungit Magister, quod tantum ascendet ignis in iudicio, quantum ascenderunt aquæ in diluvio. Et licet nullam in huius subsidium congruentiam, aut rationem producat Magister; tamen unam, aut aliam apponere hic pro ipsius textus litteræ plenâ expositione, duximus propè modum necessarium.

40. Primò ex Apostolo 2. ad Thessal. cap. 1. dicente: *In revelatione Domini Jesu de Cælo cum Angelis virtutis eius in flamma ignis dantis vindictam.* Ubi Glossa ait super hunc locum: *Præcedet ignis in mundo, qui tantum ascendet, quantum aqua in diluvio.* Ergo conflagrationis ignis, qui iudicium præcedet, tantum versus Cælum ascendet, quantum diluvii aquæ contra ipsum evolarunt.

41. Secundò: Quia purgatio illa, quæ medio conflagrationis igne operabitur, solum erit propter hominum foetida peccata: ergo solum poterit protendi usque ad habitationem peccantium; sed hæc non excedit aeris caliginosi regionem, quæ super procera montium cacumina non elevatur plusquam quindecim cubitis, ut passim Theologi Expositivi sustinent: ergo si aquæ diluvii iis quindecim duntaxat cubitis montium culmina superarunt, conflagrationis ignis hunc terminum attinget, & ultra non transgredietur.

42. Sed oppones Divum Petrum Epist. 2. cap. ult. loquentem de conflagrationis igne: *Cæli arduentes solventur, & elementa ignis ardore rabscent.* Sed Cæli nequeunt illo igne dissolvi, quin usque ad sidera migret: ergo ignis, qui iudicium præcedet, plus elevabitur, quam diluvii ascenderunt aquæ.

43. Respondetur, Divum Petrum fore exponendum de Cælo aereo, & igne, quos Scripturâ vocat Cæsum, juxta illud Matthæi cap. 13. *Vulvres Cæli comederunt illud.* Unde igni, qui iudicium præcedet, duplex aptatur purgatio. Una, quæ fit à foeditate peccati; alia verò à vetustate corruptionis. Quantum ad primam, solum ascendet conflagrationis ignis quousque aquæ diluvii pervenerunt; & in hoc sensu de igne præcedente iudicium loquitur Magister. Quantum ad secundam,

al-

ascendet usque ad spheram ignis metam, quia elementa omnia purganda sunt per ignem à corruptionis vetustate.

44. Tertio subdit Magister in litterâ, quod purgato per ignem Universo, divinâ virtute, & Angelorum veloci ministerio resurgent boni, & eorum ministerio rapientur obviam Christo in aera; reprobis in terrâ, quam dilexerunt, remanentibus. Hoc etenim exprèsse firmat Magister ex Apostolo 1. ad Thessal. cap. 4. dicente: *Et mortui qui in Christo sunt, resurgent primi. Deinde nos qui vivimus, qui relinquamur, simul rapiemur cum illis in nubibus obviam Christo in aera, & sic semper cum Domino erimus.* Ergo mundi purgatione per ignis conflagrationem jam expletâ, electi quidem in aere, reprobi autem comparebunt in terrâ.

45. Demum, ultima à Christo Domino proferetur super utrosque sententia, his verbis comprehensa: *Venite benedicti, &c. Et, Ite maledicti, &c.* Quæ prolata, justi ibunt in vitam æternam; reprobi verò, virtute Dei cooperante, Angelorum celeri famulatu, mittentur in caminum ignis, sive infernum. Hic super Magistri litteram nonnulli inquirent, an sit ponendus infernus pro complemento Universi, & ad justum Dei iudicium? Cui affirmativè respondetur. Verum, cum Magister de hac non disserat re; nec nobis expediet extra litteram de eâ disputare. Et hæc de secundâ distinctionis parte sufficiant.

46. PRO TERTIÆ, & ultimæ distinctionis partis pleno captu, hoc tertium statuitur placitum: *Ministerio, & ope dæmonum punientur in inferno reprobi peracto iudicio extremo.* Hoc ex textus Magistri litterâ colligimus, dum inquit, an post iudicium dæmones præsent hominibus ad puniendum, vel non? Diversimodè loquuntur diversi; negativa tamen sententia probabilior videtur respectu prælationis, non punitionis; at Magistro non arridet.

47. Primò refert Magister aliquorum sententiam afferentium, dæmones post iudicium extremum expoliandos fore potestate, & virtute cruciandi homines, quâ modò pollent. Quod primò probant ex illo Apostoli 1. Corinth. cap. 15. dicente: *Tunc evacuabit omnem principatum, & potestatem, & virtutem.* Sed dum omnis principatus, potestas, & virtus evacuatur in iudicio, nihil principatus, potestatis, aut virtutis remanet in dæmoniis ad torquendos homines: igitur post iudicium nulla in dæmoniis elucet virtus, quâ possint cruciare homines, ut modò pollent.

48. Secundò probant ratione: Virente hac mortalium vitâ, Angelis Angeli, dæmones dæmonibus, homines hominibus præsent: ergo ad-

ad-

adveniente iudicio omnis praelatio cessabit; sed ubi praelatio cessat, ibi omnis virtus, principatus, sive potestas definit; ergo etsi dæmones modo virtute vexandi homines fruuntur; tamen expleto iudicio nulla in ipsis erit supra eos praelatio.

49. Tertiò id ipsum suadent: Sicut dæmones in inferno cruciantur, sic post iudicium & homines in eodem loco torquentur; sed dæmones non creaturæ ministerio in inferno cruciantur, sed solum virtute immediatè divinà: ergo & homines poterunt ibi absque ullo dæmonum ministerio cruciari, solà virtute divinà aternis eos subjiciente cruciatibus.

50. Quartò: Quemadmodum Angeli boni suggerunt, & bonis hominum assidue student; sic dæmones continuo malis eorum invigilant; sed boni Angeli non præerunt in præmio hominibus post iudicium, quanvis bonis eorum studeant: ergo nec dæmones poterunt post iudicium ipsis præesse in pœnâ, & supplicio, estò malis insudent; cum par sit utrobique ratio.

51. Quintò: Consentaneum rationi videtur, ut qui gravius peccavit, gravius puniri debeat; sed dæmones gravius peccarunt, quam homines, ut pro comperto apud Doctores habetur: ergo gravius debent puniri, quam homines: ergo attentà gravitate culpæ, non dæmones hominibus, sed homines dæmonibus præesse deberent; ac proinde post diem universalis iudicii, non cruciabuntur homines in inferno dæmonum famulatu.

52. Secunda sententia, & cui Magister adherere videtur, ut aliquibus placuit, sustinet, quòd post iudicium dæmones præerunt hominibus ad puniendum. Primò, quia sacra pagina non semel dæmones appellat carnifices, tortoresque animarum; sed Scriptura incassum his sic eos indigitarè nominibus, si hæc ab ipsis non forent exercenda munia: ergo quia non solum modo Deus utitur dæmonis ad torquendos homines, verùm post iudicium, præsertim erit usus illis, ut eorum ope ac ministerio sæviter crucientur.

53. Secundò, quia Apostolus 1. Corinth. cap. 15. oppositum non exprimit. Solum enim ait, principatum, virtutem, & potestatem post iudicium evacuari; sed stat bene, quòd cesset virtus, potestas, & principatus, & tamen quòd ministerium non evacuetur: ergo adhuc post diem iudicii omni virtute, potestate, aut principatu cessantè, poterit Deus uti dæmonis, ut ipsorum ministerio crucientur homines.

54. Tertiò, quia etsi præfatà Apostoli autoritas asserat, tunc nec dæmones dæmonibus, nec homines hominibus præficiendos; non de-

finit tamen, an dæmones præfint hominibus ad torquendum: ergo, etsi dæmones dæmonibus non præfint post iudicium, poterunt tamen dæmones hominibus præesse; atque adeò eorum ministerio aternis suppliciis cruciari.

55. Quartò demùm, quia sic erunt dæmones tortores hominibus in pœnam, ac fuerunt incentores in culpam; sed dæmones extiterunt incentores hominibus in culpam, ut ex se liquet: ergo congruum rationi apparet, ut post iudicium extent dæmones tortores in pœnam. Hæc ex Magistri textus litterà, pro utrâque sententiâ solida fundamenta jecimus. Quid ergò super his sententiat, aut sapiat Magister? Anticeps nimirum est resolutio, ut litteram lustranti constabit. Et hæc de tertiâ, & ultimâ distinctionis parte satis sunt dicta.

QUÆSTIONES.

56. QUÆSTIO I. An spiritus sive dæmones torquantur in inferno igne corporeo? Ex Angelicâ Scholâ D. Thomas 1. p. 9.

64. art. 1. & in Supplem. 3. p. 9. 70. art. 3. Joan. à S. Thomâ 3. p. 9. 64. disp. 24. art. 3. Labat tom. 2. tract. 3. disp. 4. dub. 9. S. 1. & seqq. Gonetus tom. 2. tract. 7. disp. 14. art. 2. S. 1. & seqq. Mauriti. de Lezânâ disp. 24. de Angel. dub. ult. Cruz tom. 2. disp. 330. q. 64. art. 4. dub. 1. & seqq.

57. Ex Subtili Scholâ Scotus in 4. dist. 50. q. 1. Poncius tract. 5. disp. 19. q. 8. Brancatus de Lauræâ tom. 4. disp. 13. q. 5. & seqq. Carriere tom. 1. de Angel. q. 12. & tract. de vita misera q. 6. Maftrius in 2. disp. 3. q. 6. art. 1. & seqq. Castillent. in Polyanth. Seraph. verb. Angelub. & ignis, diff. 2. num. 1. & seqq. Gallus in 4. dist. 47. & 50. q. 1. & seqq.

58. Ex Scholâ Eximiâ Suarez in 3. p. tom. 4. disp. 46. sect. 2. & 3. Arriaga tom. 2. disp. 26. sect. 1. & seqq. Vazquez disp. 143. Carleton tom. 1. disp. 81. sect. 1. & seqq. Echeverriâ de Angel. disp. 14. cap. 1. & seqq. Coninch disp. de Purgat. dub. 3. Elparza tom. 1. lib. 2. q. 29. Quiròs de Angel. disp. 76. sect. 1. Rhodès tom. 1. disp. 2. de Angel. q. 3. sect. 2. S. 1. & seqq. Amicus disp. 21. sect. 4.

59. Ex aliis D. Bonaventurâ in 4. dist. 44. p. 2. art. 3. q. 2. Averfa q. 64. sect. 7. Bassæo tom. 2. verb. infernus, num. 4. Baudunius tom. 1. q. 58. dub. 2. Morandus tract. 7. q. 43. Gavardi tom. 2. tract. de Angel. q. 4. art. 7. & seqq.

60. QUÆST. 2. An, & quæ signa præcedant iudicium generale, & quisnam erit Anti-Christus? Ex Angelicâ Scholâ D. Thomas in 4. Tom. V. Ee dist.

dist. 48. q. 1. art. 4. Sotus in 4. dist. 46. q. 2. art. 1. S. Antoninus 4. p. tit. 24. cap. 11. §. 5. Mauris. de Lezanâ verb. *judicium*, num. 4. & seqq.

61. Ex Subtili Scholâ Scotus in 4. dist. 42. q. 1. & seqq. Brancatus tom. 4. disp. 9. art. 4. Poncius tract. 5. disp. 19. q. 10. Sanning tom. 2. dist. 5. q. 2. Galatinus lib. 5. cap. 12. contra *Judeos*. Cotonius tom. 1. lib. 4. Controv. 1. cap. 7. Castillent. in *Polyanth. Seraph. verb. judicium*, num. 7. & seqq.

62. Ex Scholâ Eximiâ Suarez in 3. p. disp. 54. sect. 2. Valentia tom. 4. disp. 11. q. 2. punct. 2. Bellarm. lib. 3. de *Roman. Pontifice*, cap. 12. Pererius lib. 14. & 15. in *Daniel. Gretserius lib. 1. de Cruce*, cap. 92. Tannerus tom. 3. disp. 1. q. 4. dub. 5.

63. Ex aliis D. Bonaventura in 4. dist. 48. dub. 3. Gaudentius tom. 6. disp. 43. q. 4. & 12. & seqq. Bassæo verb. *judicium*, num. 1. & seqq. Baudunius tom. 1. q. 76. dub. 1. & seqq. Ezpeleta in *Selectis*, tract. 2. resol. 1. & seqq.

64. QUÆST. 3. An *judicium finale* sit futurum? De quo, dist. 43. q. 1. & 7.

65. QUÆST. 4. An *hominum resurrectio* sit futura? De quo, dist. 43. q. 1.

66. QUÆST. 5. An, & quomodo *omnium opera* sint omnibus in *judicio* manifestanda? De quo, dist. 43. q. 2.

67. QUÆST. 6. An ante *resurrectionem universalem* omnes *homines* sint morituri? De quo, dist. 43. q. 3.

68. QUÆST. 7. An *hominum resurrectio* sit *superna & miraculosa*? De quo, dist. 43. q. 4.

69. QUÆST. 8. An *resurgentium corpora* erunt omninò eadem, quæ primò viva? De quo, dist. 43. q. 5.

70. QUÆST. 9. An sit certa & *infallibilis extremi iudicii dies*? De quo, dist. 43. q. 7.

71. QUÆST. 10. An *Elias & Henoch* sint morituri? De quo, dist. 43. q. 8.

72. QUÆST. 11. An alii præter *Christum Dominum* sint *iudicaturi*? Ex Angelicâ Scholâ D. Thomas in *Supplem.* q. 89. art. 1. S. Antoninus 4. p. tit. 14. cap. 11. §. 6. Raynerius de *Pisis* tom. 3. verb. *judicium*, num. 5. & seqq. Mauris de *Lezanâ* verb. *judicium*, num. 2. & seqq.

73. Ex Subtili Scholâ Scotus in 4. dist. 48. q. 2. Carriere tom. 1. art. 7. q. 1. *Vulpes* disp. 70. art. 2. Brancatus de *Laurâ* tom. 4. disp. 10. art. 7. Sanning tom. 2. disp. 5. q. 6. Poncius tract. 5. disp. 19. q. 12. & seqq.

seqq. Castillent. in *Polyanth. Seraph. verb. judicium*, num. 2. & seqq.

74. Ex Scholâ Eximiâ Suarez in 3. p. disp. 57. sect. 4. Valentia tom. 4. disp. 10. q. 4. punct. 2. Tannerus tom. 3. disp. 2. q. 3. & seqq. dub. 4. Arriaga disp. 75. q. 1. & seqq. Coninch. q. 15. num. 17. Læsius lib. 4. disp. 2. q. 1. num. 12. & seqq.

75. Ex aliis D. Bonaventura in 4. dist. 47. q. 1. art. 1. Abulens. q. 205. in *Matth. cap. 19*. Gaudentius tom. 6. disp. 43. q. 18. Bassæo verb. *judicium*, num. 9. & seqq. Baudunius tom. 1. art. 17. q. 1. num. 7. Morand. q. 56. num. 10.

76. QUÆST. 12. An omnes sint *iudicandi*, etiam *justi*, eorumque *peccata omnibus* manifestanda? De quo, hic q. 11. & dist. 43. quæst. 2.

77. QUÆST. 13. An *Judicis sententia* sit *proferenda* *sensibili voce*? De quo, hic q. 11.

78. QUÆST. 14. An *judiciaria potestas* primò & per se *Christo Domino* conveniat? De quo, hic q. 11.

79. QUÆST. 15. An *mundus* in *extremo iudicio* sit *purgandus* per *ignem conflagrationis*, & quomodo sit *renovandus*? Ex Angelicâ Scholâ D. Thomas in 4. dist. 47. q. 2. art. 1. Nazarius tom. 6. art. 3. q. 6. Sotus in 4. dist. 48. q. 4. art. 1. & 2. Raynerius de *Pisis* verb. *Judicium*, num. 15. & seqq. Mauris de *Lezanâ* tom. 2. verb. *Judicium*, num. 20. & seqq.

80. Ex Subtili Scholâ Scotus in 4. dist. 47. q. 2. Brancatus tom. 4. disp. 11. art. 1. Hiquæus in 4. dist. 47. q. 2. art. 1. & seqq. Aquila in 4. dist. 47. q. 2. art. 1. & seqq. Castillent. in *Polyanth. Seraph. verb. Judicium*, num. 9. & seqq. Gallus tom. 4. dist. 47. q. 3. art. 7. Cotonius tom. 1. lib. 4. Controv. 1. cap. 1.

81. Ex Scholâ Eximiâ Suarez in 3. p. disp. 58. sect. 2. Valentia tom. 4. disp. 11. q. 2. punct. 2. Salmeron tom. 1. prolog. 8. Pererius lib. 11. in *Genes.* q. 1. & 2. Tannerus in *dissert. de Cælis*, q. 11. & tom. 1. disp. 6. q. 4. dub. 5.

82. Ex aliis D. Bonaventura in 4. dist. 47. art. 2. Gaudentius tom. 6. disp. 45. q. 14. Abulens. sup. *Matth. cap. 25*. q. 437. Vallesius lib. de *sacra philos.* cap. 89. Bassæo verb. *judicium*, num. 7. & seqq. Averfa tract. de *judicio*, q. 7. num. 1. & seqq. Baudunius tom. 1. art. 30. q. 1. & seqq.